facultatem eidem Cessionario suo praesentem Inscriptionem Cessionariam ex his Actis Castrensibus authentice depromptam ad Acta officii Competentis transferendi et transportandi quae transportata tanti valebit acsi per ipsummet Recognoscentem transportaretur. Salva nihilominus Aedificialitate super medietate eiusdem Lapidea partis superioris et inferioris ad plateam Leopoliensem sese protendentis proventibus eiusdem ad hos sub tempora plena in toto sibi Recognoscenti reservata.

Winnicki et Dubrawski Intercisam Roborant.

Comparentes personaliter coram officio Actisque praesentibus Castrensibus Capitaneatus Premisliensis Nobiles Iwan Winnicki ab una et Samuel Dubrawski ab altera partibus sani mentibus et corporibus existentes a Terrestribus Districtibus Iuribus Iurisdictionibusque aliis quibusvis propriis et competentibus recedentes praesentem vero Castrensem Capitaneatus Premisliensis Iurisdictioni quo ad actum praesentem attinet se una cum filiabus ac bonis suis quibuslibet omnibus totaliter et plenarie incorporantes citra dubium palam libere publice ac per expressum recognoverunt. Quia ipsi sibi mutuo et invicem una pars alteri ac posteris utriusque partis se se successores in et super bonis suis quibuslibet omnibus ac summis pecuniarum quibusvis habitis et habendis Intercisam certam inter se Recognoscentes ratione certarum rerum et conclusionum in eadem Intercisa contentarum de actu et data illius hic Premisliae Sabbatho ante festum Sanctorum Petri et Pauli Apostolorum proximo anno praesenti confectam et conscriptam manibus Recognoscentium propriis ab utrisque subscriptam in omnibus et singulis eiusdem Intercisae Conclusionibus punctis Clausulis articulis Damnis Poenis ligamentis ac nexibus in universum omnibus firmiter tenere complere exequi ac inviolabiliter observare omnibusque et singulis illius Contentis tam in toto et quolibet illorum seorsim suo pro interesse recognoverunt.

541

quam in parte satisfacere Intercisam praefatam ad Inscri
ptionem [illegible] roboriam et Inscriptionem [illegible] roboriam ad prae
dictam Intercisam Inscriptam in toto referendo Idque sub Va
dijs Sexcentis simpliciter absque corporali iuramento ta
xandis et educendis per partem parti eius Successoribus
utriusque partis ob non completionem praemissorum
omnium et singulorum Intercisis praedictis Contentorum
tam in toto quam in quavis minima parte toties quoties
opus fuerit ad soluendum succumbens Pro quibus
quidem Vadijs Sexcentis simpliciter absque iuramen
to corporali taxandis modo praemisso ad soluendum suc
cubuit ac re aliqua minimi ex Contentis non completa
complenda Citata exinde [illegible] pars Una praemissa
non tenens Vel eius Successores ad instantiam partis
alterius praemissa tenentis sive eius posteriorum ad
Officium praesens Castrense Capitaneale Premisliense extunc re
cessu Separato quoad respondendum spectat mediante
semper in primo Citationis termino tanquam peremptorio
stare Iuri parere respondere, Vadia praetacta Sexcenta
luere Inscriptioni praesenti satisfacere ac omne iudicatum
pati debebit et tenebitur seque ac suos Successores ad eadem
omnia inscribunt et obligant praesentes. Eundem terminum
primum peremptorium et alios omnes exinde Consequentes
Causae eiusdem Sexcentos semper peremptorios Vera Infir
mitate Pro maiori Universitate Successionis Legatione
intra Vel extra Regnum Servitio Militari Ad [illegible]
ta ad [illegible] Victorem Vel alijs quibusuis dilationibus et le
galibus impedimentis non differendo Ad quietationem
Vltra proximos Officij praefati Castrensis Premisliensis Sexcentos
dilationem sibi non recipiendo nullasque Moniones appellationes
neque praesentationes faciendo praemissaque omnia sibi
[illegible] interesse pro facto.

Simpliciter

simplicibus vel triplicatis evasion[e] suspension[e] fatalibus Juris Conservatione Jenii bello Conventioneq[ue] ac alys
quibusuis Juris remedys et defensis non subterfugiendo. His suis praesen[ti] personalibus Recognitionibus ad promissa omnia et singula mediantibus.

Ustrzycki et Kopystenski Intercisam Roborant.

Comparentes personaliter Coram officio Actisq[ue] praesen[tibus] Castren[sibus] Capitan[eal]i Praemislien[sibus] Gnosi Georgius Ustrzycki ab una et Alexander Kopystenski parte ab altera sani mentibus et corporibus existentes, Officiis Juribus Juridictionibusq[ue] suis quibusuis proprys et competentibus recedentes, praesen[ti] vero Castren[si] Capitan[eal]i Praemislien[si] Juridictioni quoad actum praesentem attinet se cum successoribus ac bonis suis gnalr omnibus totaliter et plenarie incorporantes atq[ue] subycientes palam libere publice ac per expressum recognoverunt et quilibet eorum seorsum suo pro interesse recognovit. Quia ipsi sibi mutuo et vicissim unus pars alteri ac posteris utriusq[ue] partis se ac suos successores nec non super bonis suis gnalr omnibus summis pecuniarum quibusuis habitis et habendis inscribunt et obligant praesentem Intercisam certam inter se factam ratione certarum rerum et conditionum in eadem Intercisa Contentarum, clearum et data eiusdem Intercisae in villa Jernowa Sabbatho post Dominicam Rogationum proxime praeterita anno praesen[ti] conscriptam manibus Regentium ab utriusq[ue] subscriptam in omnibus et singulis eiusdem Intercisae Conditionibus punctis Clausulis articulis Vadiorum Ligamentis ac nexibus in Universum omnibus firmiter tenere, complere, exequi ac inviolabiliter observare omnibusq[ue] et singulis illius Contentis tam in toto quam